

humanissimus, et Tui imprimis studiosissimus, denique quod
 est precipuum hæc in controversia, valde tibi assentiens
 in Hebraicis verbis, quæ pauca passim intercurrat;
 ipse manum adhibuit, ego Græcis, cæteroque textui
 quem spondere audeo tersum et limatum ad Gallos
 ire. Distinctionum et accentuum ubique eâ habita
 ratione, quæ par est tuis in scriptis, qui cum curâ
 siquis alius, minutissima eorum quoque designas et
 observari amas. Reliquum est ut utriusque epistola
 jungatur: et jam in promptu mea esset, si ultimam
 ad me Balzaci, quam cæteris involvi, remisisses. Id
 ut quam celerrimè facias rogo; oblata præsentis op-
 portunitate, quæ certum est, traditum ista ita pau-
 ciaribus septimanis, quam priora mensibus vagata
 sunt: Vale meum decus, et in illo etiam recessu, mi-
 sera nimirum vicinâ Cremona, pretiosi capitis curam
 habe. Paderas in castris. Id. Calend. Nov. MDCCXXXV.
 (227).

Wilhelmio.

decurat
 de hanc
 amantem.

Perissee quot suspicaris ex ijs literis, quas quotidiè
 pro humanitate tuâ quotidiè ad me scribis, parum veri
 statuis, Affinis optime, parum æquè, quoad publicos
 Sabellianos, et innocentes item pueros, qui dispositis
 ultro citroque commeant, neque fallaci operâ, ni
 fallor ipse, commercio nostro illudunt. sed si te
 nimirum aliquando cogor, muneri mei negotiis, quæ
 non æquali impetu in me incurunt, variè distractus,
 nunquam audeo, ubi res non maximi momenti
 moram ferre videantur, aut silentium, sine cujusque
 detrimento. Fortasse me nesciebas tibi tam familiarem
 esse: sed culpam, si quæ est, benevolentia tua adscriben-
 tam putavi; et denique tuas affines inter, non decebre
 pro re natâ, vel alterutrius commodo, piscem vel
 picam agere. De Bone. nihil nisi molesto vobis
 animal, nihil ultra audeo, postquam inter mulieres
 decretum est, cuius vulturis hoc erit cadaver: At
 nec de operis quidem ultra quicquam. facis enim
 ut mandatorum subinde nos pudeat, qui tantâ sedu-
 litate rei alienæ incumbis. Adde quod ipsa anni
 tempestas manuum de regula vocat, neque ferè spes
 est coronicem, quod valde optaueram, et frontispicium
 confici ante Brunam posse, nam in Tympano, ut
 cætera omittam, nescio quæ rerum vanitas scilicet
 exhibenda superest, quam sequior ille meus lapicida
 omni lapides, toto bimestri non absolvet. Deinde
 quod ad Coronicem, de quâ dicebamus, preteritur,
 nescio

nescio an veri magis an ingeniose, plumbum, quo mater
am legi necesse est ipsarum operarum, inter quos aliqui
non opulentissimi mortalium sunt, fusto nec manifesta
manifeste expositum tui, si ante hibernem et clausas
ades imponatur. Scribo tamen ad ipsum Gerardium aliqui
super his omnibus, tu si cessantem hinc inde generaliter
stimules, ut nimirum mandatis meis non sua sedulitate
obtemperet, non erit quod amplius a te exigam, sed abunde
ut hactenus, quo me tibi devinctissimum profitear. Vale
Vir Amicissime cum uxore et liberis et amicis. et
me ama. Scribo hanc Ruijesteinij, quo heri princeps
cum Domina et paucis familiaribus excurrit, sed negotia
certe, et illam qua post equitem atra, oijor Euris non
effusit. Adeo inter has aeris tempestates etiam perpetuo
Curarum nimbo undique obruimus, quibus cum solis
sufficere debeam, facile agnosce, quod non grandi otio
sermone tecum faciam. Perendie Arnhemum redibit
hodie ipsa Idus sunt Novemb: MDCCXXXV

Domini Collegis, quod debeo, quaeo quam sapissime nuncios
quas ad Rubenium istas addo, causa est cur te rogem, ut cum
octiduo penes te consenserint, tu demum perferendas cures.
Convicium Principi dictum, cum S. tectu conferam ubi
ad manum sit, et mox sententiam dicam.

/228/

Ad 2.^{am} et 3.^{iam} quarum primam heri Ruijesteinij, alteram Arnhemum ac
cepi, scammata in patrem Patriae et salutis nostrae
Wilmio. columnen varie sparsa, eodem loco habenda puto, quo
Diana suspicor latratum canis esse. In illo fastigio
fieri non magis potest, ut unicuique placeant laudatissim
Principum, quam ut singulis et universis satisfaciam,
quas olim a frontispicio meorum aditum, tametsi po
batissimas statuas destinavi. De exercitioue tanta
petulantia, quod prudenter notas, curae sit quorum
plus quam privatim interest, nequid Republica
detrimenti capiat. Semper ego auditor tantum et
spectator hujus historicae, ubi quam plurima mal
me habere, liquum sim, si non fatear. Vir sapien
in prociuctu est, vel quasi. solas literas Aransonensium
obsignari cupit; quibus expeditis dabo ipse operam
ut quam ocijssime discedat, nam et hoc Principi gratum
erit, qui ad crebras interpellationes Carthusii expediti vult